



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 278. Ecce locus vbi posuerunt eum. v. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

184 RESURRECTIO DOMINI N. SECUNDUM MARCUM
tas tua ubique præsens, merito ergo isti homines, à suis in errore collegi,
Caluinistis, imo Calixtinis Heimstadiensis vexantur, quia tuam ven-
tatem vexare voluerunt prius.

§. 278. Ecce locus ubi posuerunt eum. v. 6.

Cum ista dixisset iuuenis ille, Doctor angelicus, statim confirmatio-
nem addidit utilem sensibus perceptibilem, nimis ipsum in latere cryptæ
excisum locum vel loculum digito monstrauit, ut inspicerent in fundo. Si-
mul aperiendo, quod ipsæ forte non viderant, quod ibi acuisset Domini
corpus sepultum.

O Iuuenis gloriose Doctor cælestis, ego te adoro adoratione tibi com-
petente, & oro te vt & me sic instruere velis, & dare modum sic alios
quoque instruendi; ita fiet vt ego egregie doctus euadam, & alij bene sub
me doctore proficiant.

§. 279. Sed ite, dicite discipulis eius. v. 7.

Cum iam deuotæ illæ, & felices tali magistro & tali schola, fœminæ
essent satis instructæ, continuo ad docendum alios idipsum bonum, quod
didicerant, dimittuntur. imo à speculacione amabili loculi Dominici auer-
tuntur ab eodem magistro particula. *Sed ite.*

Domine Deus video quod tua gratia incipiat abundare in nationes et
iam in sexum fœmineum, cum tu ob illius excellentem deuotionem
præ virili sexu, in passione tua exhibitum etiam primò illi sexui reuelas re-
surrectionem tuam, & socias luctus adsciscis in societatem lætitiae, Ament
igitur te & pergent te valde amare & colere omnes fœminæ, sic fieri
multæ desinant malæ esse. Sed & quæ bene didicerunt, doceant adolescentes,
sic propagabitur felicior pietas & sapientia.

§. 280. Discipulis eius & Petro, quia præcedit vos in Galilæam. v. 7.

Fit discrimen inter Discipulos Christi omnes & Petrum ab hoc celi-
co Doctore, quare autem & propter eius solarium, & eius dignitatem. Se-
latum ut non horreret eius resurrectionem, cuius meminisset, in se præces-
sisse negationem; Dignitatem, quia ex quo Dominus & magister Aposto-
lorum erat defunctus visibili magisterio iure promissionis ipsi à Domino
etram Apostolis factæ & destinatae erat in officio Vicarius, certe nemo lu-
ce magis certo.

Erat novum credibilitatis in Doctore additamentum, cum ram confor-
miter actis & dictis Christi in fœminis ponit reuelationis suæ aliud fu-
damentum. Non enim est de Christi ecclesia membrum, qui non agnoscit S.
Petri